Nec ferimus tibi · neque pollicemur · neque adeo uolumus datum
Ly Credo hercle nobiſ ita ueſtra benignitaſ ꝫ quid nc̄ uultiſ
Ad Hunc clamidatum quem uideſ ei mars iratuſ eſt · Ly capiti ur̄o
Iſtuc quidem · Ad hunc nc̄ lice ad te diripiendū adducimus
Cum reda · hic hodie incedit uenator domū caneſ compellunt
In plagas lepide · Ly quiſ hic eſt · Ad neſcimuſ noſ iſtum quidem
Qui ſiet · niſi dudum a mane ut ad portum proceſſimus atq; iſtum
E naui exeuntem oneraria uidimuſ · adiit ad noſ extemplo exiens
Salutat · reſpondemus Vil mortalis maloſ ut ingrediunt̄ docte
In ſicophantiam · Ly quid deinde · Ad ſermonem nobiſcum ibi coppulat
Ait ſe peregrinum ēē huius ignarum oppidi locū ſ̄ velle liberum
Preberier ubi neq̄ faciat nos hominem ad te adduximus
Tu ſi te di amant agere tuam rem occaſio ē ille cupiens
Ad Aurum hr̄t · Ly preda hec mea ē · Ad potare amare uolt
Ly Locum lepidum dabo · Ad at enim hic clam furtim ēē uolt
Ne qui ſciant ne ue arbiter ſit · nam hic latro in ſparta fuit
Ut quidem ipſe nobis dixit apud regem attalum inde nc̄ aufugit
Quoniam capitur oppidum · Vil nimiſ lepide ď latrone de ſparta
Optume · Ly dij deæq; uobis multa bona dent cum mihi & bene
Precipitis & bonam predam datiſ · Ad immo ut ipſe nobis dixit
Quo accures magis · trecentos nummos philippeos portat p̄ ſibi
Ly Rex ſum ſi ego illum hodie ad me hominem allexero · Ad quin hic
Quidem tuus eſt · Ly obſecro hercle hortamini ut deuortatur
Ad me in hoſpitium optumum · Ad neq; nos hortari neq; dehortari
Decet hominem peregrinum tuam rem tu ageſ ſi ſapiſ
Nos t̄ palũbem ad aream uſque adduximus : nunc te illū melius
Capere ſi captum eſſe uiſ · Ly iam ne itiſ · Vil quid quod uobis mandaui
Hoſpites · Ad cum illoc te melius tuam rem adoleſcens loqui
Illic eſt ad iſtas res probauiſ quaſ queritas · Vil uidere equidem uos
Vellem cum huic aurum darem · Ad illinc procul nos iſtuc inſpectabim9
Vil Bonam dediſtiſ mihi operam · Ly it ad me lucrum illud quidem
Vil Quorſum aſinus cedit calcibus · Ly blande hominem compellabo
Hoſpes hoſpitem ſalutat · ſaluum te aduenire gaudeo · Vil multa tibi
Dij dent bona : cum me ſaluum ēē uiſ · Ly hoſpitium te aiūt queritare
Querito · Ly ita illi dixerunt ꝗ hinc a me abierunt mo · te q̄ritare a muſcis
Vil Minime gentium · Ly quid ita · Vil qa muſcis ſi m̄ hoſpitiū quererem